


Friedrich Lucas Bacmeister

Programma De Vsu Et Praestantia Tabularum, Quas Vocant Mnemonicas, In Jure Quo Praelectiones Suas Juridicas In Academia Friedericiana Buetzoviensi Per Hiemem Instituendas Indicit Friedericus Lucas Bacmeisterus Juris Candidatus

Buetzovii: Typis Johannis Gotthelfi Fritzii, [1761]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn887477658>

Druck Freier  Zugang



RU jur. Bülow 1761.

Friedrich Lucas Baummeister

Biblioth. 095

PROGRAMMA
DE
VSU ET PRAESTANTIA
TABULARUM,

QUAS VOCANT

MNEMONICAS, IN JURE

QHO
PRAELECTIONES SUAS JURIDICAS

IN

ACADEMIA FRIEDERICIANA

BUETZOVIENSI

PER HIEMEM INSTITUENDAS

INDICIT

FRIEDERICUS LUCAS BACMEISTERUS

JURIS CANDIDATUS.

BUETZOVII,

TYPIS JOHANNIS GOTTHELFI FRITZII, SEREN. REGN. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

Cicero de Oratore Lib. I. cap. 42. Si aut mihi facere licuerit
quod jam diu cogito, aut alius quispiam, aut, me impedito,
occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne Jus Civile
in genera redigeret, quae perpauca sunt, deinde eorum gene-
rum quasi membra dispertiat, tum propriam cujusque vim de-
finitione declaret: perfectum artem Juris Civilis habebitis, ma-
gis magnam atque uberem, quam difficilem & obscuram.



Cajus inter veteres jureconsultos facile princeps, praefationes maxime commendat, hisce verbis: a) ipsae praefationes ad lectionem propositae materiae libentius producunt, & cum ibi venerimus, evidentio-rem praestant intellectum. Hoc encomio & ego excitatus, praelectiones per hiemem instituendas indicaturus, de tabularum, quas mnemonicas vocant, usu & praestantia in jure, pro ingenii tenuitate quaedam praefari operae precium esse duxi, eo potissimum consilio, ut ii, qui me ductorem ac comitem studiorum suorum elegerint, habeant, quid de me expectare possint probeque intelligant, quem in legitima tradenda nostra scientia, modum atque ordinem servandum, mihi proposuerim, Instituti ratio.

A 2

Mira-

a) l. i. ff. de O. J.

Mirari aliquando soleo & mecum ipse reputare, **Causae, cur** qui potissimum fiat, ut juris studium, multis tam difficile & impeditum videatur ut secundum Imperatoris **studium juris** nostri effatum, a) nonnulli desertores hujus studii efficiantur, nonnulli vero cum magno labore saepe etiam **multis tam** cum diffidentia, serius proficiant. Subductis vero expensisque rite rationibus: Altera difficultatis causa, **difficile vi-** quam in ipsam scientiam derivare admittuntur juris- **deatur, ex-** prudentiae studiosi, in ipsis latere mihi videtur: non **penduntur.** ab similibus vetulae illi apud Senecam, b) quae cum luminibus male uteretur, fenestris exiguis & aedibus parviam ad **Prima causa,** jurum luminosus, succensebat. Plurimi inter eos, studia **neglectus** juris subsidiaria, negligunt, sine quibus, ad solidae juris- **eorum studi-** prudentiae sacrum, aut nullus aut difficilis datur **orum quae** aditus. Nonne his jure occinas illud Poetae. **viam ad ju-** **risprudenti-** **am sternunt.**

Procul o procul este profani

Conclamat vates totoque absistite luco.

Sane si ingenue fatendum quod res est, haud pauci Studioforum juris, a non nullis qui theologiae in Academiis operam navant, in addiscendis perpoliendisque scientiae suae studiis subsidiariis, longo superantur intervallo: Hi adcuratiorem linguarum notitiam sibi comparant, illi vero, tantum abest ut se in illis exerceant, ut potius rudimenta in scholis posita, plane dediscant & quo acrius quisque in harum studium invenitur, ita sibi ingeniosior aliisque doctior videatur:

Hi Historiam Ecclesiasticam Antiquitates Judaicas, Criticam sacram, sedulo tractant; illi Historiam **juris,**

a) §. 2. J. de J. & Jur.

b) Epist. L. & Ju. Heinecc. in orat. de jureconsultis Semidoctis.

juris, Antiquitates Romanorum & Studium Criticum plane respiciunt & fastidiunt. At vero, solet tandem istiusmodi neglectum non sine committentium ignominia vindicare jurisprudentia nostra, quare ego qui cupidiae legum juventutis studia quovis modo ut juvem & promoveam, unice intendo, collegium historiae juris ad ductum Cel. Antecessoris Gœttingensis *DE SELCHAU* a) per hiemem instituere mihi proposui, & si Deus conatibus meis adspiraverit, de ceteris recensitis studiis, eretioris indolis juvenibus, quaedam in posterum propinare non detrectabo.

Venio ad alteram causam, cur studium juris multis difficile videatur & quae ex parum adaequata docendi methodo, nonnunquam oritur. Qui docentium munere funguntur & iudicio & memoriae auditorum consulere debent. Quotidiana docet experientia, nonnullos juris Studiosos, qui, non leviter degustatis studiis subsidiariis, collegiis Institutionum & pandectarum sedulo interfuerunt, non systematicam tamen juris habere ideam: haud paucos, juris axiomata, ex quibus quaestiones obvientes enodari debent, tam parum in promptu habere, ut in casibus levisimis decidendis fluctuent, & in negotiis in quibus consilium in arena capiendum, balbutiant. Praecepta artis debent tradi nexu ordineque suo, sine quo mentibus nihil adhaerescit. Optime hoc explicat *FROBESIIUS* b) *cujus verba adponere*

A 3

a) Elementa historiae juris universi per Germaniam obtinentis Goetingae 1758.

b) Joh. Nicol. Frobessii brevis ac dilucida systematio philosophiae Wolfianae delineatio Helmst. 1734. in praef.

nere juvabit: Enim vero bina praecipue sunt quae in solida scientiae cujusvis tractatione spectari atque expediri debent negotia. Primum est, ut demonstrativa & systematica, hoc est luculentissima solidissimaque ratione, nihil non eorum, quae in libro vel systemate aut a vivo etiam praeceptore quodam proponuntur, intelligatur & comprehendatur. Alterum ut prompta semper sit atque expedita eorum, quae animo comprehensa sunt, definitionum imprimis ac dogmatum necessariorum recordatio. Siquidem hoc facilem & promptam, illud vero providam certam ac felicem eorum quae didicimus, in hominum vita & negotiis praestat adplicationem. Multa hic possent commode disputari: an veritates iuridicae admittant methodum mathematicam nec me? fuit & adhuc est mira hac de re eruditorum dissensio, inter quos imprimis a) Ill. WOLFIUS, cum quosdam juris titulos eo complexus est ordine, affirmativam argumentis tuetur solidissimis. Nos vero qui mediam sequimur viam, eorum sententiae calculum adjicimus, qui statuunt, jurisprudentiam naturali & systematico quodam ordine tradi debere. Alia vero methodo in explicandis veritatibus, alia in propositionibus memoriae mandandis opus est. Inter varia subsidia, quibus memoriae succurritur, praecipuum sibi locum vindicant, tabulae, quas vocant mnemonicas, quibus, propositiones scitu necessariae, in eum rediguntur ordinem, ut facile notari & semel notatae, facili negotio memoria custodiri possint. Nolim vero haec ita accipiant juris Studiosi, ac si quaelibet, ut verbis Do. HABERNIKKELII b) utar, *plagula chartae maioris formae, multis rectis lineis curvisque & coloribus adeo variis distincta, statim tabulae scientificae nomen mereatur*; sed potius secundum regulas logicas sunt conficiendae, de quo imprimis Ill. Do. WOLFH tractatus de tabularum mnemonicarum usu & constructione, conferatur. Sunt porro ejusmodi tabulae vel generales vel speciales: illae universalem totius scientiae conspectum exhibent: hae vero singulas materias distinctis numeris & loculamentis velut adhibitis, iusto ordine digerunt. Quem-

a) in seinen Kleinen Schriften zur Staats-Klugheit, 5tes St.

b) Elementa juris Romani Goettingae 1757. in praef.

Quemadmodum vero tabulae, debito modo constructae, in iis **Vsus tabu-**
 etiam scientiis, quae plurimum iudicio tribuunt, magnum prae- **larum mne-**
 stant usum, in jurisprudentia profecto, in qua plurimae arbitra- **monicarum.**
 riae determinationes occurrunt & saepe ex memoriae lapsu &
 vita & patrimonium hominum periclitatur, maxime sese com-
 mendant. In eo quippe potissimum se usus & praestantia tabu-
 larum exerit, ut non univ[er]sa modo iurisprudentia sed singulae
 etiam eius partes apte ut genera & species colligatae, uno & eo-
 dem obtutu possint perlustrari, quasi tota scientia imaginis instar
 nobis ante oculos esset posita. Nihil ergo ad repetitionem rite in-
 stituendam magis est accommodatius, quam si omnia, quae de
 objecto quodam possunt praedicari, & quae per totam iurispru-
 dentiam nonnunquam sunt dispersa, una tabula subordinato
 modo sunt coarctata. Porro ad sedes domiciliaque materiarum
 indicanda: ad scripta & controversias aliorum dijudicandas: ad
 veritates inveniendas, & ut brevi me expediam, ad respon-
 dendum agendum iudicandum & cavendum nos aptos prom-
 tosque reddunt.

Haec sunt praecipua tabularum emolumenta, quae per
 transennam quasi ostendisse in praesentia sufficiat: Verba tamen
 laudati *FROBESII*, adhuc addere haud mihi fraudi fore confido.
 Ita vero ille: *Crebra ac decens tabulas mnemonicas construendi*
exercitatio, mirifice cum ad res memorabiles ex libris excerpenti
ac recensendi tum ad docendi sive alios instituendi, tum ad quas-
cunque aliorum sive dissertationes sive commentationes, rite vel
examinandi vel confutandi & denique ad differendi dicendique
prontitudinem facit - Macilenta fateor, sive musculis, nervis suc-
 cis, ac viribus omnibus destituta sceleta sunt, quae absque syste-
 matica & luculenta vocabulorum atque dogmatum expositione
 proponuntur, disciplinarum lineamenta sive communiter sic dic-
 tae tabulae mnemonicae: sed ubi luculentis sermonibus, caedem
 velut animantur, dici vix potest quam insignem ipsae praestent
 utilitatem.

Neminem igitur futurum esse puto, cui de harum tabularum
 mnemonicarum usu & praestantia dubitare, in mentem veniat.


Quapropter tam in collegiis Institutionum quam Pandectarum,
 quas

Adplicatio quas per hiemem instituere decrevi, eas sedulo adhibebo. Gene-
 ad Institutio- ralem tabulam secundum divisionem nostri Imperatoris: a) quod
 nes & Pan- nempe omne jus vel ad personas pertineat vel ad res vel ad actio-
 dectas. nes, conficiam. Non me equidem fugit, hanc partitionem a multis
 reiici & imprimis a *LEIBNITIO* b) ita statuente: *Institutionum
 methodus per personas actiones & res superflua est: actiones enim
 tam ex jure personarum quam rerum fluunt: & personae v. c.
 Servus, habentur pro rebus; datur servi & equi vindicatio.* Sed
 Cl. c) *EBERH. OTTO* hanc sententiam ita refutat: *nescio quid uti-
 litatis ex ejusmodi censuris redundet, cum Cajo & Justiniano non
 fuerit propositum, elementa practicae hujus disciplinae secundum
 artificia Dialecticorum formare, sed levem quandam & simplicem
 viam munire cupidae legum juventuti.* Formata ita generali Insti-
 tutionum idea, cujuscunque materiae tabulas & *συναγχαφιας*
 cum Auditoribus communicabo, & ut eo magis in succum & lan-
 guinem convertantur, examinatorium instituiam. Pandectas iti-
 dem ad ductum Do. Schaumburgii eadem methodo explicabo,
 ita tamen ut commentationes Ill. Do. d) *MANZELII* cujus im-
 mortalia in rempublicam literariam extant monumenta nec non
 Do. e) *HABERNIKKELII* & f) Do. *WESTPHALII* semper ad
 manus sint.

Conclusio. Haec sunt Generosissimi & Praenobilissimi, in hac alma Frie-
 dericiana, Commilitones, quae, praelectiones meas per hiemem
 instituendas Vobis indicaturus, de Tabularum mnemoniarum usu
 & praestantia, paucis & parce satis delibata conscribere, mearum
 partium fuisse duxi, quo Vobis instituti mei rationes aliquo modo
 innotescant. Quod reliquum est, in eo summo adlaborabo opere,
 ne committam, ut vel *SERENISSIMUM DUCEM*, clementissime
 mihi concessae jura docendi licentiae, nec Dominos Auditores da-
 tae mihi operae nec me suscepti laboris unquam poeniteat.

Dab. *Butzovii* die 6. Oct. 1761.

a) Sult. J. de J. N. G. & C. b) de Methodo Juris p. 44. c) Com-
 mentarius in Inst. Francof. 1743. in tit. 3. de Jur. Per. d) *Von
 der natu'rlichen u. billigen Ordnung der Pandecten.* e) Juris-
 prudentia Romana. f) *Conspectus scientifico literarius pan-
 dectarum Schaumburgianarum Halae 1760.*



the scale towards document

* * *

7

tabulae, debito modo constructae, in iis Vsus tabularum
 plurimum iudicio tribuunt, magnum praesentiarum mne-
 dentia profecto, in qua plurimae arbitrarum mne-
 occurrunt & saepe ex memoriae lapsu & monicarum.
 hominum periclitatur, maxime sese com-
 e potissimum se usus & praestantia tabu-
 niverfa modo iurisprudencia sed singulae
 ut genera & species colligatae, uno & eo-
 erlustrari, quasi tota scientia imaginis instar
 t posita. Nihil ergo ad repetitionem rite in-
 accommodatius, quam si omnia, quae de
 nt praedicari, & quae per totam iurispru-
 r sunt dispersa, una tabula subordinato
 Porro ad sedes domiciliaque materiarum
 & controversias aliorum dijudicandas: ad
 , & ut brevi me expediam, ad respon-
 dicandum & cavendum nos aptos prom-

ipua tabularum emolumenta, quae per
 ndisse in praesentia sufficiat: Verba tamen
 huc addere haud mihi fraudi fore confido.
*at decens tabulas mnemonicas construendi
 m ad res memorabiles ex libris excerpenti
 docendi sive alios instituendi, tum ad quas-
 sertationes sive commentationes, rite vel
 tandi & denique ad differendi dicendique*
 Macilenta fateor, sive musculis, nervis suc-
 s destituta sceleta sunt, quae absque syste-
 cabulorum atque dogmatum expositione
 arum lineamenta sive communiter sic dic-
 cae: sed ubi luculentis sermonibus, caedem
 i vix potest quam insignem ipsae praesent

futurum esse puto, cui de harum tabularum
 & praestantia dubitare, in mentem veniat.
 i collegiis Institutionum quam Pandectarum,
 quas